

## N. 675.

**Achilles Ratti**  
**card. Petro Gasparri**

Varsaviae, 15 IV 1919.

*Edocet eum de oblationibus ad obolum S. Petri in archidioecesi Varsaviensi collectis et de modo eas securas reddendi.*

**Autogr.:** AV, Segretario di Stato 1919, R. 233 fasc. 1 s.f. N prot. 955  
 (N° 91825).

**Min. (ms.):** AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1104r.

**Facsimile:** Storti, p. 97.

Eminenza,

Sua Eccellenza Mons. Kakowski, arcivescovo di Varsavia, mi ha fatto versare per l'obolo di S. Pietro la cospicua somma di marchi 38 455,87, più rubli 89,33, più corone 17,33 (uno dei rubli è d'argento)<sup>784</sup>. Questa somma venne raccolta tra il clero ed il popolo dell'arcidiocesi di Varsavia il giorno dell'Epifania. Ne ho impiegata la maggior parte in acquisto di "credito immobiliare di Varsavia" uno dei titoli più sicuri, a comune avviso, e abbastanza rimunerativo.

Con ogni ossequio bacio la Sacra Porpora e mi professo *etc.*

Achille Ratti  
 Visitatore Apostolico

## N. 676.

**Achilles Ratti**  
**card. Petro Gasparri**

Varsaviae, 15 IV 1919.

*Commendat petitionem epi Vladislaviensis Stanislai Casimiri Zdzitowiecki supplicantis, ut sac. Marianus Nassalski dignitate praelati domestici Suae Sanctitatis decoretur.*

**Autogr.:** AV, Segretario di Stato 1919, R. 233 fasc. 2 s.f. N prot. 956  
 (N° 94053).

---

784 Cfr. N. 661.

**Min.** (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1105r; annexum (ms.): 191 f. 822r  
(N.prot. 952).

**Facsimile:** Storti, p. 98-99.

Eminenza,

Questa volta è Sua Eccellenza Mons. Zdzitowiecki, il buono e zelante vescovo di Wladislavia che domanda una prelatura domestica e la domanda per il preposito di S. Barbara in Częstochowa, rev.do Mariano Nassalski<sup>785</sup>, del quale unisce il <sup>(a-</sup>curriculum vitae<sup>-a)</sup><sup>786</sup>.

Con più di un milione e cinquecento mila fedeli e circa seicento sacerdoti la diocesi di Wladislavia non ha, se ben vedo, se non un protonotario Apostolico <sup>(a-</sup>ad instar<sup>-a)</sup>, un prelato domestico ed un cameriere segreto <sup>(a-</sup>ad honorem<sup>-a)</sup>, e Częstochowa oltrechè sede del famoso Santuario, è anche sede del vescovo ausiliare di Wladislavia Mons. Krynicki ed è una delle più importanti città della Polonia, sia dal punto di vista demografico (con circa 100 mila abitanti, de' quali più 60 mila cattolici) che dal punto di vista economico-industriale. Mi limito a questi rilievi, perchè della dignità del soggetto attesta Monsignor Vescovo, nè io potrei aggiungere se non la buona impressione avutane nel mio passaggio a Częstochowa.

Con ogni ossequio bacio la Sacra Porpora e mi professo *etc.*

Achille Ratti  
Visitatore Apostolico

<sup>a-a)</sup> *Linea subducta signatum.*

### **Annexum:**

#### <sup>(a-</sup>Curriculum vitae

Marianus Nassalski<sup>787</sup>, supra 50 annos natus, absolutis theologicis studiis in Academia Ecclesiastica Petropolitana cum gradu scientifico Magistri, aliquod annos functus est cooperatoris officio in animarum cura exercenda, postea professoris disciplinae biblicae in Seminario Dioecesano. A gubernio russiaco in remotiones imperii plagas relegatus in oppido Jarosław per aliquod temporis spatium vivebat non desistens a sacerdotali officio. Post amnestiam cum ab obtinendo beneficio a gubernio prohiberetur, redigebat com-

<sup>785</sup> Zdzitowiecki bis rogavit Achillem Ratti, ut Marianus Nassalski praelatus domesticus Suae Sanctitatis nominaretur. Litterae transmissoriales 15 III et 9 IV datae, quae hic non publicantur, servantur in AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 821 r-823r (N.prot. 951 et 952), sequentibus adnotationibus visitatoris apostolici praeditae: "Risposto subito. La domanda doverli dirigere al Santo Padre; potersi aggiungere qualche cosa al Curriculum Vitae" - f. 821r; "Spedito a Roma col corriere 1919/14" - f. 823r.

<sup>786</sup> Vide infra annexum.

<sup>787</sup> Cfr. ANP LVII/3, notam 661, p. 269.

mentarium menstruum "Homiletynka", postea et alterum "Przewodnik Sojalny"<sup>a)</sup>. Mitigata paulisper gubernii persecutione obtinuit paroeciam ad s. Barbaram Częstochoviae, supra 10 millia animarum numerantem, ubicum magno zelo, pietate et doctrina eminens, exercet curam animarum<sup>a)</sup>.

a-a) *Manu propria epi Zdzitowiecki.*

### N. 677.

**Achilles Ratti**  
**Iosepho Sebastianio Pelczar, epo Premisiensi**

Varsaviae, [15 IV 1919].

*Refert de colloquio suo cum sac. Eugenio Okoń habito; rogat episcopum, ut eidem presbytero indulgentiam et bonitatem ostendat, eum a poena suspensionis absolvat, erroribus ipsius ignoscat eumque in dioecesim suam recipiat.*

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1106r-v N.prot. 959.

Excellentissime D.ne,

Venit ad me iam secundo presbyter Okoń. Hoc mihi imposui (ut est ex officio meo Visitatoris Apostolici), ut omnes audiam quotquot venerint ad me. Venit igitur presbiter ille ad me, dixit mihi res suas; insinuavi illi in praesens quae mihi opportuna visa sunt ad eum bene disponendum; rogavi tandem, ne velit spirituali damno afficere populum, cuius beneficia temporalia procurare sibi propositum esse dicit, ne velit scilicet scandalum inobedientiae et indisciplinae populo dare; velit cogitare agi de scandalo pusillorum, quod Cor Domini nostri praecipue offendit. Audavit, aliquantulum compungi mihi visus est; ei suasi, ut scriberet ad Episcopum suum, promisit se facturum. Relatum mihi est meliorem exinde sese exhibuisse et in conversatione communi et in Sejm. Nunc rogat, ut eum ad Excellentiam Tuam introducam et pro eo intercedam, nec hoc recusari posse censeo. Bene igitur et indulgenter excipias et audias precor; de bonitate et indulgentia, qua cum illo usus eras, tibi ipse gratus ero, tu Domino. Crederem, ex certis quibusdam adjunctis, modicum (quodque) reparationis signum sufficere posse ad scandalum reparandum in populo. Fortasse sufficiet, si sciatur presbiterum Okoń petiisse audientiam ab Episcopo seseque taliter praebuisse, tales dedisse explicationes et conditiones, ut posset ab Episcopo absolviri.

Spero eundem et talem se praebitum et tales explicationes datum  
rum<sup>788</sup>

Ego non sum Paulus - longe diu abest - sed fortasse presbyter ille est quadamtenus Onesimus tuus, et si Paulus esset in loco meo, non dubito quin iterum scribebat sicut ad Philemonem suum: Suscipe illum ut Paulum.

Currenti calamo in angustia temporis scribere cogor; veniam des, quae-  
so, et paschalia mea vota cum obsequiis excipias. Pro me ora, orabo pro te,  
oremus ad invicem ut salvemur.

Paschalia vota etc.

Achilles Ratti  
Visitator Apostolicus

### N. 678.

**Achilles Ratti**  
**card. Petro Gasparri**

Varsaviae, 16 IV 1919.

*Generalem condicionem politicam et statum rerum socialium in Polonia describens, significat imprimis reformationem rei agrariae, quae in Diaeta Reipublicae ("Sejm") praeparatur, et refert de congressu magistrorum seu praceptorum totius Poloniae diebus illis Varsaviae celebrato; memorat insuper de rebus aepi Alexandri Kakowski minus prosperis et de insanabili quadam populi invidia, qua eum prosecuitur, de quo praeter alia affirmant eum, factum cardinalis, in Curia Romana remansurum esse et in ea occu-  
patum iri.*

**Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1107r-1108v N.prot. 962.**

Eminenza,

La situazione generale del Paese non è sensibilmente mutata né probabilemente sarà, finché il Congresso della Pace non avrà detto le ultime sue parole su quello che ha formato fin qui l'oggetto delle fiduciose, anzi rosee speranze della Polonia, e rimane sempre l'oggetto delle sue aspira-

---

788 Responsum beati epi Iosephi Sebastiani Pelczar 1 V 1919 datum, publicabitur in ANP LVII/5.

zioni, rese ormai tormentose dalla lunga attesa e dalla diffidenza più o meno largamente subentrata in tutti.

Lo spettro del bolscevismo è sempre all'orizzonte; si credette ad un attentato di bolscevichi, quando, or sono pochi giorni, a Lublino (le condizioni locali pur troppo legittimano tale credenza) saltava esplodendo la polveriera con gravissimi danni, sia pei depositi di munizioni già scarse, sia per tutta la città. Pare invece che lo scoppio sia stato fortuito.

La stampigliatura delle valute ora in corso non avrà più luogo, si farà invece al più presto possibile (in giugno o in luglio) il cambio con la nuova valuta polacca *Złoty* di cui ebbi già a far cenno<sup>789</sup>. Si coordineranno al cambio le operazioni che dovevano coordinarsi alla stampigliatura.

Il Sejm ha preso le vacanze pasquali e non si riaprirà che il 29 Aprile; allora verrà sul tappeto la riforma agraria. La competente commissione ha già deliberato di proporre alla votazione del Sejm un invito al Governo di presentare nel termine di un mese una legge per la esecuzione della detta riforma, legge della quale l'invito contiene alcuni capi saldi. E' fra questo l'elenco delle terre che dovranno ritenersi essere a disposizione del Governo per la eventuale parcellazione, ed in tale elenco con le terre dello Stato Polacco, degli Stati e principi cessati, di mano morta etc., sono pure le terre di proprietà ecclesiastica - vescovati, abbazie, capitoli, parrocchie. S'intende che la espropriazione sarà fatta dietro compensi e che non vi andrà soggetto un minimum di terra, che per ora non viene determinato; nelle discussioni si andò da 20 morghi (un morgo è poco meno di mezzo ettaro) fino a 200; la legge potrà esimere dalla parcellazione estensioni anche molto maggiori, quando lo esiga l'interesse economico del Paese.

E' in questa previsione che domandano già all'Eminenza V.ra Rev.ma qualche istruzione, richiestone io stesso da più d'una parte. Intanto ho a quanti più mi fu possibile insinuato ed espressamente raccomandato secondo i casi che si tengano presenti i diritti della Chiesa e della Santa Sede, e che questioni ed argomenti cotali non si possono, se la necessità lo esiga, toccare se non per deferirli all'Autorità competente, se si voglia procedere secondo ragione e diritto e tener fede alla grandissima maggioranza della Polonia, presente ed al suo passato.

Ho dato in scritto anche a Mons. Teodorowicz alcuni pochi e principalissimi capi saldi, da servire a cattolici e massime a sacerdoti, quando vengano in pubblica discussione materie religiose o miste<sup>790</sup>. Tali capi venivano letti anche nell'ultima conferenza e Mons. Dalbor ne faceva il tema di una breve conferenza da lui tenuta ai Sacerdoti deputati al Sejm.

---

<sup>789</sup> Cfr. N. 563.

<sup>790</sup> Cfr. N. 549.

In questi giorni ha luogo qui in Varsavia un Congresso di Insegnanti di tutta la Polonia<sup>791</sup>. E' un avvenimento di grande importanza, specialmente qui ed in questo momento storico, potendo di leggeri essere un sintomo ed un diagnostico delle condizioni in cui si trova la scuola e di quello che può sperarsene e temersene, anche temersene, purtroppo, perché ci sono motivi per credere (com'ebbi altra occasione di accennare) che già non pochi elementi punto buoni si sono infiltrati. Il Congresso ha avuto, come qui suole, la sua messa d'apertura, o, come ben dicesi qui, di consacrazione; un sacerdote vi ha tenuto uno dei primi discorsi per tempo, il principale (fu detto) per importanza sulla dingità ed il compito dello stato magistrale; fra i molti temi all'ordine del giorno e dati in istudio ad altrettante commissioni non si vede però l'istruzione religiosa, assenza tanto più notevole, quando non sono pochi i sacerdoti catecheti, o come qui si dice, prefetti, nelle scuole (ciascuna ne ha almeno uno) e non poco numerosa è la loro rappresentanza al Congresso.

V'è un'apposita Commissione (sempre al Congresso) per lo studio della organizzazione della scuola; so che la tendenza è a non toccare (né in bene né in male) i rapporti della scuola con l'autorità religiosa; ed anche questo è già sintomatico; è però probabile che qualche cosa se ne dica in seguito a qualche osservazione. Di buon augurio è quanto disse il Ministro dell'Istruzione Pubblica<sup>792</sup>, aprendo il Congresso intorno all'iniziativa privata ed al favore che il governo le deve, per quanto dichiarasse che esprimeva opinioni sue personali.

La situazione di Mons. Kakowski è sempre la stessa e perdura quella che già ebbi ad accennare impopolarità sua che sembra davvero insanabile. Tra le forme ed espreSSIONI ch'essa prende vale forse la pena di segnalare quella che corre qui da qualche tempo, che cioè Mons. Kakowski, una volta fatto Cardinale, sarà chiamato in Curia e resterà a Roma. E' incredibile l'insistenza con la quale questa voce si fa udire. Ultimamente poi si è perfino cercato di darle un'importanza nuova, facendola comparire nella prima pagina del "Temps" di Parigi, (9 Marzo 1919) sotto proprio ed apposito titolo e con la giunta che a Varsavia sarebbe traslato Mons. Dalbor di Gnesen-Posen.

<sup>791</sup> Conventus magistrorum ("sejm nauczycielski") peractus est diebus 17-19 Aprilis 1919, in quo primum interfuerunt magistri et institutores omnium partium Poloniae, a potentissimis vicinis olim occupatarum. In illo conventu disputabatur imprimis de indole confessionali scholae Polonae. In eius resolutionibus principium scholae confessionalis non est receptum. Cfr. H. Zieliński, *Rzqd Paderewskiego w walce o utwierdzenie swej władzy w Polsce* [Regimen Ioannis Ignatii Paderewski auctoritatem suam in Polonia affirmare et corroborare cupiens], in: *Historia Polski*, red. S. Arnold, T. Manteuffel, t. IV, Warszawa 1969, p. 252-253.

<sup>792</sup> In regimine Ioannis Ignatii Paderewski munere administrari cultus et instructionis publicae fungebatur Ioannes Leopoldus Łukasiewicz (1878-1956), ab a. 1920 professor ordinarius in Facultate Philosophica, deinde Mathematico-Physica Universitatis Varsaviensis, cuius a. 1917 officio prorectoris, annis vero 1922-1923 et 1931-1932, rectoris functus est. Secundo fere omnium gentium bello confecto, docebat in Universitate Studiorum Dublinensi, ubi praefuit cathedralae logicae mathematicae. Opera de similibus materiis scripta famam in toto orbe terrarum ei attulerunt.

Rinnovo all'E.V.R. i miei voti pasquali e baciando con ogni ossequio la Sacra Porpora me Le professo etc.

Achille Ratti  
Visitatore Apostolico

N. 679.

**Georgius Matulewicz, epus Vilnensis**  
**Achilli Ratti**

Vilnae, 16 IV 1919.

*Edocet visitatorem apostolicum de condicione sua personali, cleri et dioecesis suae sub regimine communistarum degentis.*

**Autogr.:** AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 875r-876r (N prot. 1002).

- **Ed. Polonice:** *Stolica Apostolska a biskup Jerzy Matulewicz 1916-1921*, p. 117-119.

Excellentissime Domine!

Nactus occasionem pauca ad Te, Excellentissime Domine, refero de dioecesi et me ipso<sup>a)</sup>. Adhuc sanus et incolumnis maneo. Quantum scio, Excellentissimus D.nus O'Rourke, Epus Rigensis, nondum cepit suaे dioecesis possessionem, in praedio sui fratris ruri latet. Excellentissimus D.nus Episcopus Minscensis<sup>793</sup>, ut referunt, pariter coactus est in pagis dilatescere. Me conati sunt e meo habitaculo eicere, sed populus huic actui sese opposuit itaque adhuc in propria domo habito<sup>794</sup>. Rumores continuo ferebantur et rerum gnari mihi id ut rem certam nuntiabant me captum iri. Statui nihil attendendo ad haec omnia manere suo loco et sua munera Deo adiuvante obire. Nam quandoque tales rumores a religionis inimicis sparguntur consulto, ut minus gratae personae ipsae sua sponte fugam arriperent. Confido in Deo; fiat Eius voluntas.

Iam inde a longiore tempore hic in urbe tres sacerdotes lithuani, ut obsides in carcere retinentur; modo capti sunt duo; videtur esse adhuc aliquos in carcerem detrusos aliis in locis. Ob luctamina, quae hic illic in dioecesis ter-

<sup>793</sup> Epus Sigismundus Łoziński, cfr. ANP LVII/1, notam 395, p. 185.

<sup>794</sup> De iussu communistarum 19 III 1919 edito, ut epus Matulewicz domum suam relinqueret, et de rumoribus de eius comprehensione sparsis vide: *Stolica Apostolska a biskup Jerzy Matulewicz 1916-1921* [Sedes Apostolica et epus Georgius Matulewicz 1916-1921], p. 119, notas 1-2.

ritorio geruntur, cum clero et populo communicatio perquam difficilis. Quidam sacerdotes coacti sunt fuga sese salvare. Nuper edicta sunt duo decretal: de laicizatione scholae<sup>795</sup>, seu de amotione e scholis omnis religionis, atque de separatione Ecclesiae a statu. Quae decreta tam iniqua sunt, ut si executioni darentur, necessario futurum esset, ut secum ruinam Ecclesiae et religionis traherent. Generatim communistarum regimen est omnino inimicum omni religioni, praesertim catholicae.

Ne inutili et infructuoso periculo sive me ipsum sive clerum exponerem, nondum coepi ob haec decreta luctare cum communistico regimine, ut par esset, speramus enim fore, ut illud brevi dispariturum. Secus esset lucta incipienda, ad populum esset appellandum, nam illa decreta ad religionis ruinam ducerent. Seminarium ad tempus clausum est ob alimentorum defecatum. Indigentia et omnino rerum penuria, fames, morbi magis magisque in dies augentur multiplicanturque.

Libero tempore addisco linguam alborussicam, qua magna pars populi loquitur, atque praeparo ea, quae ad fu[tu]rum dioecesis regimen utilia esse poterunt. E meis servitoribus unus est captus, alter aufugit. Cum patre Iosepho Wojtkiewicz<sup>796</sup> una habito.

Commendo me ipsum et dioecesim orationibus, add.mus in Christo

† Georgius, Episcopus Vilnensis

a) *In margine adnotatio manu Achillis Ratti: "Ricevuto 26 IV 1919. Risposto d.d.<sup>797</sup> a mano del portatore Cappellano Zalewski<sup>798</sup> di Bialystok".*

## N. 680.

**Franciscus Karewicz, epus Samogitiensis  
Achilli Ratti**

Caunae, 16 IV 1919.

*Pro litteris acceptis gratias agit et exposcit facultatem recens nominato episcopo Iosepho Skwiracki ante bullarum receptionem episcopale sacrum conferendi, et quidem uno episcopo consecratore et uno presbytero assistentibus.*

<sup>795</sup> Agitur de decreto de nova ordinatione scholastica 24 III 1919 edito, vi cuius tollebantur scholae privatae et prohibebatur sacerdotibus, ne in scholis docere possent, nam institutio religiosa res esse privata affirmabatur.

<sup>796</sup> Iosephus Wojtkiewicz (Vaitkevičius), cfr. ANP LVII/1, notam 421, p. 190.

<sup>797</sup> Cfr. N. 707.

<sup>798</sup> De sac. Antonio Zalewski nobis constat eum a. 1925 functum esse munere cappellani militum.

**Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 880r (N prot. 1011).**

Excellentissime Domine,

Intimas gratias pando pro benevola epistola de die 29 decembris anni elapsi<sup>799</sup>, nec non pro Suae Eminentiae Cardinalis Gasparri litteris, quibus certior sum redditus Beatissimum Patrem annuisse, ut Can. Skwreckis ad dignitatem episcopalem promoveretur, quatenus munere Auxiliaris Episcopi in dioecesi Samogitiensi perfungi valeret. Extimescendo, ne ob infacilia temporum adjuncta bullaram Domino Skwreckis transmissio nimis protrahatur, hum. me Excellentiam Vestram adprecor, quatenus permissio eidem Dr Skwreckis concedatur - episcopale sacrum suscipiendo ante bullarum receptionem et quidem episcopo consecratori assistente uno dumtaxat episcopo et altero presbytero in ecclesiastica dignitate posito<sup>a)</sup>.

Intimo e corde adventum Excellentiae Vestrae expetendo, ac festi Domini nostri Resurrectionis occasione gratiarum exuberantiam exorando, permaneo Excellentiae Vestrae observantissimus famulus

Franciscus Karewicz, Episcopus

<sup>a)</sup> In margine adnotatio manu Achillis Ratti: "Ricevuto per mano Dr. Giorgio Šaulys 29 IV 1919. Risposto 30 IV 1919<sup>800</sup> per lo stesso mezzo - chiesta telegraficamente desiderata facoltà"<sup>801</sup>.

## N. 681.

**Card. Petrus Gasparri  
Achilli Ratti**

Ex colle Vaticano, 16 IV 1919.

*Testificans se accepisse informationem eius de summa pecuniae a sac. Henrico Fiatowski ad missiones in Africa destinata, mandat visitatori apostolico, ut omnes oblationes ad tales et similes scopos factas ad Sedem Apostolicam remittat. Praeterea adnectit litteras ad sac. Henricum Fiatowski scriptas, continentes gratiarum actiones pro duabus voluminibus Bibliothecae Vaticanae missis et dono datis.*

**Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 897r N° 89246 (N prot. 1048).**

<sup>799</sup> Cfr. ANP LVII/3, N. 367, p. 194.

<sup>800</sup> Hoc responsum non est repertum.

<sup>801</sup> Cfr. N. 714.

Ill.mo Signore,

Accuso ricevimento a V.ra Signoria Ill.ma del Rapporto N° 833 in data del 21 marzo u.s.,<sup>802</sup> in cui la Signoria V.ra Ill.ma m'informa che il Rev.do Sacerdote Don Enrico Fiatowski, Canonico Penitenziere della Metropolitana di Varsavia, secondando la pia volontà di un sacerdote amico suo defunto, ha consegnato a V.ra Signoria la somma di due mila rubli per le Missioni d'Africa.

Nel prendere atto di tale comunicazione, resto inteso, che come le acennai in un mio precedente dispaccio, d'ora innanzi la Signoria V.ra avrà cura di trasmettere alla Santa Sede tutte le pie offerte che hanno una particolare ed immediata destinazione<sup>803</sup>.

In pari tempo le rimetto, con preghiera di farla tenere al destinatario, la qui acclusa lettera di ringraziamento per la cortese offerta dei due volumi destinati alla Biblioteca Vaticana da parte del sullodato Signor Canonico, e volentieri approfittere della circostanza per raffermarmi con distinta stima etc.

(a-P. Card. Gasparri<sup>a</sup>)

a-a) *Manu propria.*

## N. 682.

**Achilles Ratti**  
**Augustino Łosiński, epo Kielcensi**

Varsaviae, 17 IV 1919.

*Commemorans et prolixius explanans graves controversias in paroeciis Msty whole et Owczary obortas, proponit vias et modos eas componendi et consopiendi.*

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1109r-1112r N prot. 966; cum adnotatione: "confidentialiter".

Excellentissime D.ne,

Obsequentes litterae meae ad Excellentiam Tuam Rev.mam die 14 Aprilis a. 1919<sup>804</sup>, iam abierant de manibus, meis quando veneratissimas tuas

<sup>802</sup> Cfr. N. 606.

<sup>803</sup> Cfr. N. 663.

<sup>804</sup> Cfr. N. 672.

accepi ad me datas die 10 dicti mensis et anni<sup>805</sup> et a Rev.mo Sikorski<sup>806</sup> fideliter allatas et traditas. Quibus responsurus hoc praemittere debo, me personam Tuam omni veneratione prosequi idque non solum pro episcopali dignitate, qua polles, verum etiam pro egregiis dotibus et pastorali zelo, neque ullum verbum scripturum, quod non talis veneratio comitetur et veritatis amor et desiderium sincerum salutis animarum et divini honoris. Pascat igitur Excellentia Tua et patienter ferat, si apertius loquor; neque enim omnino sponte hoc facio, sed quodammodo coactus ab officio quo hic fungor ex mandato Apostolico, et de quo Deo et Vicario suo sum rationem redditurus.

In primis igitur pro dictis Tuis gratias ago, vel ex eo quod confirmat, saltem quoad substantiam, quae hucusque de infelici illo negotio Mstyczowiensi audivi et legi; et si in ipsa confirmatione nihil laeti occurrerit. Quod enim Excellentia Tua scribit se non malos sed bonos Mstyczovienses noluisse excipere et audire, hoc, si quid video, rem substantialiter non mutat et multo minus in melius vertit. Primo enim fere numquam praecisa et absoluta est divisio inter malos et bonos, sed fere semper hi miscentur sicut zizania et frumentum; dein vero ipse Dominus Deus noster excipit et audit bonos, pro malis intercedentes et iustos pro peccatoribus; item optima regula est omnes audire (quod et expresse mihi Sanctus Pater in mandatis dabat), inde enim plenius docemur (ne aliud iungam) de vero rerum et animarum statu; denique ex illa Tua non admissione et non auditione hoc factum est, ut etiam boni animo desponderent et non bene disponerentur erga Episcopum suum, quod meis ipse oculis vidi et auribus audivi. Et ecce fortasse simile quid iterum accidisse in pago Owczary postremis hisce diebus mihi allatum est, dico fortasse, quia nolo iudicium nequidem concipere mente non audita Excellentia Tua. De hoc inferius iterum.

Ad colloquium meum cum presbitero Huszno et suis quod attinet, periculum abusus et praesensi et praevidi, ut iam scripsi, sed non ideo colloquium ipsum denegandum putavi, datus rerum adiunctis, nec concessisse me paenitet; regulam et mandatum, de quibus supra, sequutus sum. Quod vero ad abusum corrigendum (de hoc enim agebatur, non de colloquio ipso promulgando) formam adhibueris tamquam a me communicatam (nec aliter enim fieri poterat), sed a mea in scriptis data diversam, sincere dicam, minime placet. Cum ageretur enim de colloquio a me habito, standum erat, si quid video, iis quae a me scripta sunt, nec enim sine causa scripsi, sed attente considerans statum animorum illorum iam nimis excitatum, prout ipse vide vel in eis hominibus, qui apud me fuerunt. Quidquid sit hoc certum

---

<sup>805</sup> Cfr. N. 665.

<sup>806</sup> Carolus Sikorski, (1879-1943), sacerdotium accepit a. 1903. Erat magister theologiae et canonicus ad honorem Capituli Cathedralis Kielensis, docebat religionem in gymnasio et seminario magistrorum oppidi Kielce.

et evidens est, quod si mea adhibita esset forma, mea etiam esset responsabilitas de effectu secuto vel non, non autem non mea.

Neque placet, quod Excellentia Tua venire Varsaviam renuat ad tantum negotium in praesentia promovendum; minus vero placent vel probantur adductae rationes: quod nempe "Ministro olim infensus, nunc vero ab eo gratiam petens occasionem dabis sumendae de Te vindictae"; vel quod "negotium ecclesiasticum erit in oculis eorum negotium tuum personale", et denique quod "persona Tua ingrata est" et "excitat iram"; ex quibus concludebat Excellentia Tua melius fore, si negotium per me et per Excellentissimum Teodorowicz tractetur et promoveatur.

In primis ego quidem ea, quae per me fieri possunt, ex conscientia praestabo, imo iam praestiti; sed non potui nec possum nisi indirecte agere, neque enim habeo vestem, ut dicunt, iuridicam ad tractandum cum Ministro, sicut habeo cum Episcopis, nec possum auctoritatem Sanctae Sedis et personam Summi Pontificis, quam gero, imprudenter exponere.

Excellentissimus autem Teodorowicz cum sit deputatus in Sejm, ut talis tractabitur, scilicet non ut Episcopus pro sua dioecesi, sed ut homo politicus et quidem partis adversae pro sua parte intercedens, quod certe non iuvabit causam.

E contra si Excellentia Tua adveniat, statim apparebit, prout est, Episcopus pro grege suo agens, neque gratiam petens ab adversario, sed applicationem legis postulans a Ministro; neque nocebit, quod Ministrum adeas, cui privato homini non ex animo sed ex officio infensus fuisti aliquando, poterit imo hoc ipsum multum iuvare, commostrabit enim et securitatem Tuam de causae bonitate et humilem mansuetudinem Tuam, et fiduciam aliquam vel saltem de officiali honestate Ministri; nihil autem tantum quantum haec omnia ad conciliandum etiam adversarium valet.

Vellem utique, ut antequam Ministrum adeas exploret quis viam, ut nempe certo constet fore ut honeste recipiaris, prout Episcopum decet, in quo poterit facile iuvare Excellentissimus Szelążek, si tamen tota haec ratio adhuc necessaria erit.

Quod autem dicis negotium ecclesiasticum futurum esse negotium Tuum personale in oculis eorum, hoc profecto de omni negotio ecclesiastico et de omni Episcopo plus minus dici posset et nihil probat, quia nimis probat. Est enim talis modus agendi loquendique - maxime per multam benignitatem et mansuetudinem - qui omnem suspicionem de personali negotiorum acceptione arcere solet.

Quod denique tuam personam "ingratam" dicis et quae "iram excitaret", hoc (magno cum dolore video, maiori etiam dico), non omnino falsum est, neque apud malos tantum (quod, servatis servandis, laudi esse solet), sed etiam apud bonos, dico apud quosdam, imo apud non paucos tum de clero tum de populo, quia hoc tantum dicere volo, quod mihi certissime constat. Non me latet nec obliviscor in huiusmodi iudiciis malas intelligentias, falsas

interpretationes, aequivoca et exaggerationes persaepe intervenire, sed non possum non pro vero habere in quo multi convenient testes et boni et nulli exceptioni obnoxii.

Semper autem eandem audivi querelam, videlicet de nimis duro Excellentiae Tuae regimine deque nimis difficulti auditentia. Quae quidem numquam magis quam hisque difficillimis temporibus inopportuna et plena pericula fuerunt. Nolo, non audita Excellentia Tua, huiusmodi causis etiam illud tribuere et adiudicare, quod accidit in pago Owczary, ut ad hoc redeam, prout supra promisi; in eum autem unice finem hoc facio, ut rogem Excellentiam Tuam de pleniori informatione.

Ex parte enim fidelium illorum haec, quae sequuntur, ad me allata sunt:

1° Dismemberationem illam suam a paroecia Korzkiew factam esse non sine eorum consensu (nec enim ex novo Codice Iuris Canonici requiritur), sed etiam nulla eis facta quaestione, "nullo conventu", "nulla decisione", uno verbo, si bene intelligo, ipsis omnino inauditis et inscisis.

2° A nova paroecia Narama eos distare duo kilom., a pago Korzkiew unum tantum.

3° Data conditione fundorum in pago Owczary vias haberi ad paroeciam Korzkiew, non autem ad paroeciam Narama.

4° Se non recusare legitima tributa et contributiones, sed ex unione cum Narama, ubi nunc domus plebanalis aedificatur, timent ne graventur vectigali 20 rubellorum pro unoquoque terrae morgo, quod importabilis ipsis esset, cum non habeant singuli nisi quinque morgos, insufficientes nempe ad vitae substantiationem et fide emptos.

5° Cum neque ipsi velint videri renunciasse antiquae paroeciae recurrendo ad novam, nec antiquus parochus velit possit eis succurrere ob decretam ab Episcopo dismemberationem, hinc fit ut neque baptismum pueris, nec funera mortuis suis possint procurare.

6° Iam per sex vices preces Episcopo obtulisse (an scripto vel oraliter non exprimitur) et "noluit nos audire"<sup>807</sup>.

Certe potest Excellentia Tua et pleniora et meliora me docere, si haec enim vera essent ut proferuntur, ex simillimis causis, quod scio, vehementer dubitarem (maxime per haec temporis et dioecesis adiuncta) fore, ut dictum sustineatur, si ad Congregationem deferatur.

Videat quaequo Excellentia Tua, num forte possibile sit non dico dictum revocare, sed tantummodo eiusdem ad tempus executionem suspenderem, donec interim res tranquilliores fiant et animi paulatim persuadeantur. Quid enim erit si, excitatis exacerbatisque animis, eadem fortasse vel similis rerum conditio subintret in pago Owczary, ut in Mstyczów iam factum est. Poterint enim facile errantes errantibus coniungi et incendium

---

<sup>807</sup> Cfr. A. 11.

propagari, et hoc quando aliud instat illudque gravissimum periculum, ut nempe adveniat ex America profectus Episcopus aliquis nationalis (ut dicunt), qui errantibus ducem se praebat; tales enim aliquos episcopos iam in Europam pervenisse etiam Roma, ex Secretaria Status, mihi confirmatum est<sup>808</sup>. Quod etiam in causa fuit, ut oblatam occasionem sine mora arriperem ad aliquid in Mstyczów tentandum. Haec dum scribo, nullum adhuc nuncium habeo ab illo loco, sed hunc saltem finem certissime assequemur, ut ne quis possit nos accusare non omnia nos fecisse, ut errantes revocaremus.

Haec habui quae ad Excellentiam Tuam non tantum ex officio meo, sed etiam ex reverenti affectu cordis cum omni humilitate sciberem. Bono animo, quaeso, excipias cum votis meis paschalibus et ora pro me

add.mus in D.no  
Achilles Ratti Visitator Apostolicus

### N. 683.

**Vladislaus Wróblewski nomine Ministerii Rerum Exterarum  
Achilli Ratti**

Varsaviae, 17 IV 1919.

*Transmittit petitionem Polonorum in Bosnia habitantium, qui de non sufficienti cura ipsorum pastorali, propter nimis parvum sacerdotum Polonorum numerum obortam, conqueruntur, et rogat, ut visitator apostolicus in hoc negotio operam operam suam pro eis interponere velit.*

**Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 838r N° D 3471/19 /VI (N.prot. 971), annexum (cop. dactylogr.) ibidem f. 848r-853r N.prot. 979.**

Monseigneur,

J'ai l'honneur de transmettre<sup>a)</sup> à Votre Excellence sous ce pli copie du mémoire déposé au Ministère des Affaires Etrangères concernant la situation des Polonais catholiques en Bosnie par rapport à l'assistance religieuse.

Je me permets de prier instamment Votre Excellence de bien vouloir prêter à cette affaire pressante votre bienveillante attention et de vouloir

---

<sup>808</sup> Hic verisimiliter agitur de epo Francisco Hodur.

bien intervenir afin que dans la mesure du possible il soit tenu compte de désirs exprimés par les requérants<sup>809</sup>.

Veuillez, Monseigneur, agréer l'assurance de ma haute considération.

Pour le Ministre:

Wróblewski<sup>b)810</sup>

a) *In margine adnotatio manu Achillis Ratti*: "Spedita da Sua Eccellenza Sottosegretario Wróblewski (Esteri). Ric. 18 IV 1919. Riferitone al card. Segeretario il Corriere 1919/14 n. 979"<sup>811</sup>.

b) *Manu propria*.

### **Annexum:**

Mémoire concernant les Polonais, qui habitent la Bosnie.

N. Martinac, 2 II 1919

Nous soussignés, prenons la liberté et avons l'honneur de soumettre un Mémoire superficiel en notre nom ainsi qu'au nom de tous les polonais habitant la Bosnie et ceci à la suite de leurs incessantes et instantes demandes.

En même temps nous sommes réduits à ce pas si important et si déterminé à cause de l'humiliation, de la persécution, du mépris, de l'injustice dont nous sommes l'objet non seulement du côté des autorités politiques et civiles, mais aussi du côté des autorités religieuses. Nous n'avons ni aide, ni protection, de qui que ce soit. Il n'y a personne qui pourrait plaider notre cause et par conséquent la diriger sur une voie désirable, il nous est indispensable d'avoir un point d'appui dans notre chère Patrie, maintenant ressuscitée et libre.

Le but de ce mémoire est donc: d'attirer l'attention du Ministère des Affaires Etrangères, ainsi que des facteurs compétents et responsables sur cette question qui ne souffre pas de délai, car il s'agit de l'existence menacée et de la dénationalisation de milliers de nos compatriotes émigrés à l'étranger.

Il y a à peu près vingt ans, le gouvernement de Bosnie procéda à la colonisation polonaise. Il destina à cet effet une grande étendue de terre, couverte de forêts séculaires dans la direction du nord-ouest du côté de la ville de l'arrondissement de Banja - Luka. Il se présenta alors et un peu plus tard quelques milliers de Polonais, la plupart avec leurs familles, d'origine de la Galicie et de la Pologne, qui furent établis dans la ville de district Prnjavor.

<sup>809</sup> Cfr. N. 685.

<sup>810</sup> Vladislaus Wróblewski, cfr. ANP LVII/2, notam 85, p. 29.

<sup>811</sup> Cfr. N. 695.

Certains territoires y furent destinés à un plus grand nombre de colons, afin qu'ils puissent plus tard y fonder des communes et des paroisses collectives. Ensuite on mesura pour chaque famille à part une parcelle, contenant 25 arpents, dans le but qu'elle y établisse une ferme.

Le gouvernement prit aussi en considération les questions de religion, ainsi que de l'instruction des Polonais, il leur ajouta à cet effet des terres spécialement pour les églises et les écoles.

Les commencements étaient pour les colons très difficiles et précaires, car ils se trouvèrent dans un pays étranger, sans connaître la langue, au milieu d'une population non seulement de nation différente, mais de différentes religions, qui était hostile envers les nouveaux-venus. Le motif de cette hostilité fut qu'on donnait aux étrangers des propriétés gratuitement, pendant que les indigènes ne profitaient pas de ces bienfaits.

En outre, les nouveaux colons ne possédaient pas des ustensiles nécessaires pour leurs ménages, n'avaient pas d'habitations ni de nourriture, ils étaient donc réduits à toutes sortes de misères.

Cependant avec le temps ils réussirent à braver toutes les difficultés grâce au bon Dieu et grâce à leur travail assidu. Ils défrichèrent les forêts, labourèrent et ensemencèrent les champs, ils construisirent des habitations ainsi que des bâtiments de ferme peu à peu s'accommodèrent aux indigènes, à leur langue et leurs coutumes.

On peut dire qu'actuellement certains polonais en Bosnie comptent parmi les propriétaires aisés, les citoyens honorables, les autres sont plus pauvres, cependant tous peuvent servir d'exemple aux Serbes, aux Turques et aux Bosniaques, dans le milieu desquels ils vivent. De plus les Polonais sont intelligents, capables, spirituels, laborieux, tendant vers une existence indépendante.

Bien que presque la plupart comprend la langue serbo-croate, qui y est la langue régnante, et surtout la jeunesse la parle couramment, cependant ils se sentent enfants d'une seule mère - la Pologne à laquelle ils sont très attachés. Ils ne veulent pas subir l'influence étrangère, d'autant moins se laisser dénationaliser même dans la postérité. Partout ils donnent des preuves de leurs sentiments patriotiques et religieux. Nos compatriotes y conservent toutes les coutumes nationales, les costumes et les chants nationaux, les fêtes et les cérémonies religieuses. En un mot ils cultivent entre eux avec piété tout ce qui constitue la substance de la vie morale et extérieure de notre honnête paysan polonais.

Les parents parlent aux enfants de la Pologne, leur apprennent à lire, à écrire en polonais, font venir des journaux, des livres pour prier et pour lire, des livres élémentaires, des cathéchismes, des livres de cantiques avec des chants religieux et nationaux.

Dans les champs on entend souvent des chants sur Kościuszko<sup>812</sup>, Dąbrowski<sup>813</sup>, Głowacki<sup>814</sup> et autres héros nationaux, chantés par les enfants, la jeunesse avec accompagnement du violon ou de l'accordéon.

Hélas, seuls, sans aide et appui, nous ne serons pas en état d'agir à ce sujet et avec le temps la génération qui suivra sera obligée de subir la dénationalisation, ce qui sera pernicieux pour eux mêmes, ainsi que pour la nation. Les idéaux nationaux polonais commenceront à s'éteindre irréparablement.

Et c'est pourquoi les Polonais s'adressent par notre intermédiaire au Haut Ministère des Affaires Etrangères en le suppliant de leur venir en aide et de les secourir d'une manière efficace. Venez à notre secours, compatriotes-clamons-nous à l'unisson vieillards, jeunesse et enfants. Ce n'est pas un secours matériel ni pécuniaire que nous implorons, car vous mêmes aujourd'hui vous vous trouvez dans la nécessité, mais ce que nous vous supplions de nous accorder, et ce que nous exigeons en même temps, c'est que vous veniez en aide à nos âmes, nous attendons de vous un soutien et une consolation. Ne nous laissez pas languir, car c'est notre vie pour Dieu et pour la patrie qui est en jeu.

Nous demandons donc instamment des prêtres de nationalité polonaise qui prendraient au plus vite la charge de nos âmes et qui s'occuperaient des écoles en Bosnie.

Nous sommes excessivement humiliés et négligés sous ce rapport - nous prenons les cieux à témoin des injustices que nous subissons. Cette question est pour nous une source intarissable d'angoisses et nous mène parfois à un désespoir sans bornes. Nous, pauvres malheureux, nous nous sentons perdus, désarmés, stupéfiés devant les faits accomplis, tels des orphelins, brutalement chassés du seuil de gens étrangères.

Notre voeu le plus ardent est de demeurer Polonais et catholiques. Nous employons dans ce but de multiples moyens légaux, mais tout ceci en vain puisqu'il n'est pas possible pour nous d'obtenir des prêtres polonais.

Le gouvernement bosniaque ne fait pas d'obstacles sous ce rapport, ce n'est que les autorités de l'Eglise qui s'y opposent formellement. L'Eglise a pour but de forcer les Polonais en Bosnie à oublier leur nationalité.

Nous adressons des requêtes par écrit à l'évêque, résidant à Banja-Luka<sup>815</sup>, de nombreuses délégations, venant de loin se rendent en personne auprès de lui pour obtenir enfin son consentement à faire venir un prêtre

<sup>812</sup> Thaddaeus Kościuszko (1746-1817), exercitus dux ("generalis"), ductor seditionis seu insurrectionis a. 1794 contra Russos concitatae.

<sup>813</sup> Ioannes Henricus Dąbrowski (1755-1818), exercitus dux ("generalis"), auctor Legionum Polonarum, a. 1813 a Napoleone nominatus supremus dux exercituum Polonorum.

<sup>814</sup> Adalbertus Bartholomaeus (Wojciech Bartosz) Głowacki (1758-1794), homo rusticus ex regione Cracoviensi, particeps insurrectionis a. 1794 exortae, in qua pugnabat inter milites falcibus armatos ("kosynierzy"). Pro singulari virtute in pugna apud Racławice praebita Thaddeus Kościuszko eum militem superioris ordinis ("officialem") nominavit.

<sup>815</sup> Iosephus Stephanus Garić (1870-1946), ab a. 1912 ordinarius dioecesis Banjalucensis.

polonais, mais l'évêque Joseph-Garicz Horwat de l'ordre de St François ne veut même pas en entendre parler.

Dernièrement, le 2 février, nous nous sommes rendus chez l'évêque en une délégation, composée de 14 personnes - l'évêque n'a pas même voulu nous voir, il nous a reçu par l'entremise de son secrétaire, chargé de nous déclarer: - Les Polonais n'obtiendront jamais ce qu'ils demandent. Il ne nous est donc pas permis d'avoir ni un prédicateur ni un confesseur à nous.

Maltraités de la sorte à cause de l'obstination et de la rancune de l'évêque, nous rentrons sans résultats à nos demeures, nos coeurs débordant de tristesse, des larmes pleins les yeux, pour y annoncer la mauvaise nouvelle à ceux qui nous envoyèrent et qui attendent avec impatience notre retour pour savoir la réponse à nos démarches.

Nous attirons l'attention sur les colonies polonaises qui sont les plus grandes: Martinac, Rakovac, Kunowa, Gumierra et le bourg du district de Pruvavor avec ses environs. Là se trouvent des prêtres croates et bosniaques. Par contre, Dubrava et Miljevac, deux colonies les moins importantes et par trop éloignées des autres, possèdent des prêtres Résurrectionnistes de Vienne.

A part les colonies suscitées, il y en a encore de nombreuses plus ou moins importantes, absolument dépourvues de prêtres. Il arrive ainsi que nos compatriotes se trouvent forcés d'aller à l'église croate, comme ceci a lieu à Pruvavor. Là il est interdit d'entonner en polonais un chant religieux ou les Antennes à la Sainte Vierge.

Dans la colonie Deventina, il se trouve plus de 120 familles, qui quoique possédant leur église avec son presbytère, relèvent du pope russe, c'est à dire doivent changer leur religion catholique en orthodoxe, car tels sont les ordres de l'évêque.

<sup>900</sup> Stanislaus Piekarski (1868-1943), praefectus Departimenti Confessionum in Ministerio Confessionum Religiosarum et Instructionis Publicae.

<sup>901</sup> Textum telegrammatis episcoporum Polonorum ad summum pontificem dati cfr. in WAW, 9(1919:) nr 3, p. 89. Responsum et vota Sancti Patris cfr. ibidem, nr 4, p. 117.

<sup>902</sup> Hic agitur de Hospitio alias Instituto Polonorum, quod ad mentem episcoporum destinatum erat sacerdotibus Romae studiis operam navantibus. Collegium autem Polonorum tunc in Via Maronitarum 32 situm destinabatur clericis nondum ordinatis, et ab a. 1938 regebatur a sacerdotibus ex Congregatione Resurrectionis Domini. Cfr. Wilk, *Episkopat*, p. 207; *Stulecie Papieskiego Kolegium Polskiego w Rzymie 1866-1966* [Centesimum anniversarium Pontificii Collegii Polonorum Romae 1866-1966], Romae 1966, p. 32-37. Cfr. etiam J. Kopiec: *Z dziejów Papieskiego Instytutu Polskiego w Rzymie do 1945 r.* [Ex historia Pontificii Instituti Polonorum Romani usque ad a. 1945], "Nasza Przeszłość", 79(1993), p. 335-359.

<sup>903</sup> Georgius Gautier (1874-1914). Studiis doctrinae in gymnasio Varsaviensi confectis, stipendia meruit in exercitu Russico et militiam absolvit in gradu officialis (militibus praepositi). Deinde studuit in Facultate Iuridica Universitatis Varsaviensis. Accepta venia auctoritatum saecularium ingressus est Seminarium s. Ioannis Varsiae, unde ordine subdiaconatus suscepto profectus est Romanum, ubi in Pontificia Universitate Gregoriana studia perrexit et gradum doctoris iuris canonici adeptus est. A. 1907 in patriam reversus sacerdotes accepit. A. 1909-1926 fuit professor iuris canonici et a. 1927-1939 functus est munere provisoris ad res cum discipline et doctrina coniunctas in Seminario Metropolitano Varsaviensi. Ab a. 1922 fuit etiam consiliarius in Curia Metropolitana et membrum Consilii Artificum et Architectorum archidiocesis Varsaviensis. Ab a. 1927 parochus paroe-

dice sinodale e giudice assessore in questa Curia Arcivescovile non che Vice-rettore del Seminario teologico. E' nato nel 1874 e venne ordinato nel 1907<sup>nn)</sup>.

La seconda proposta, presentata e caldeggiata da Mons. Dalbor, fu che la prossima visita ad limina si faccia contemporaneamente da quanti più sarà possibile Vescovi Polacchi affine di potere unitamente ringraziare il Santo Padre de' benefici grandi de' quali la Polonia gli va debitrice<sup>oo)</sup>.

Mi si dice che proprio in questi giorni una Conferenza o insomma una riunione ha luogo tra i Vescovi di Galizia a Przemyśl, ma non ne sono altrimenti informato<sup>pp)</sup>.

Ho cercato di ricordare e di riassumere come meglio potevo i lavori e le discussioni di quest'ultima Conferenza; se non vi sono riuscito che inadeguatamente al desiderio mio ed alle cose, voglia l'Eminenza V.ra Rev.ma tenermi benigno conto della buona volontà.

Con ogni ossequio bacio la Sacra Porpora e mi professo *etc.*

Achille Ratti Visitatore Apostolico

- a) *In margine huius, singulorum sequentium punctorum textus positi sunt tituli: "Poca preparazione della Conferenza".*
- b) "Mons. Teodorowicz".
- c) "Presenze".
- d) "Due parti della Conferenza".
- e) "Diritti di Stola e organisti".
- f) "Parere della Conferenza".
- g) "Ricostituzione e restaurazione delle chiese".
- h) "Ingerenza dello Stato nella beneficenza".
- i) "Commissioni parlamentari confessionali".
- j) "Fatti del prete Huszno e della parrocchia di Mstyčów".
- k) "Il tema più importante".
- l) "Riforma agraria".
- m) "Posizione ufficiale della Religione Cattolica nel nuovo Stato Polacco".
- n) "Alcuni supremi capi saldi".
- o) "Vantaggi della loro pronta proclamazione".
- p) "Opportunità e probabilità favorevoli".
- q) "Contrario avviso di Mons. Teodorowicz".
- r) "Articoli preparati dalla Commissione della Costituzione".
- s) "Mons. Teodorowicz fa troppa politica".
- t) "I preti deputati".
- u) "Propositi di Mons. Teodorowicz".
- v) "Lettura di Mons. Kakowski".
- x) "Parole di Mons. Dalbor".
- y) "Seconda parte della Conferenza".
- z) "Organizzazione della azione cattolica in Polonia".
- aa) "Schema di essa".
- bb) "Carattere della azione cattolica".
- cc) "L'Università cattolica di Lublino".
- dd) "Missioni e conversioni di ortodossi".
- ee) "Le asserte facoltà di Mons. Szeptycki".
- ff) "Borse per gli studi del clero".
- gg) "Conferenza a Gnesen e Primate di Polonia".
- hh) "Il Vescovo Castrense".
- ii) "La posizione di Mons. Szelążek nel Governo".
- jj) "Difficoltà al proposito".
- kk) "Deliberazione della Conferenza".
- ll) "Provvida in casu".
- mm) "Galiziani nel Governo dello Stato Polacco".
- nn) "Candidato pel Collegio Polacco in Roma".
- oo) "Visita ad limina e di ringraziamento al Santo Padre dei Vescovi Polacchi".
- pp) "Conferenza dei Vescovi Galiziani".

**Annexum:****Lex fundamentalis de Ecclesia Catholica in Polonia**

1. Religio in Polonia dominans est et erit religio sancta catholica cum omnibus suis iuribus<sup>(1)</sup>.
2. Ecclesia Catholica pleno suo influxu confert ad firmandum bonum commune Poloniae et ad prosperitatem Status Poloni.
3. Respublica Polona agnoscit Ecclesiam ut personam publico-iuridicam, quae regitur Iure canonico, necessariam etiam praestat eidem tutelam.
4. Causae mixtae, in quibus concurrit interesse et Ecclesiae et Status, solvuntur secundum normas, statutas per mutuam conventionem utriusque potestatis.
5. Gubernium non poterit valide edere praescripta et mandata contraria huic legi aut pactis cum Sede Apostolica initis.
6. Omnes leges, praescripta, mandata, a praeteritis guberniis in Polonia lata Iuri Canonico contraria, quae constituebant limitationes erga Ecclesiam Catholicam vel personas et institutiones ed eam pertinentes abrogantur.
7. Causa bonorum ecclesiasticorum, quae ab Ecclesia ablata erant, solvetur per conventionem Gubernii Poloni cum Sede Apostolica. Donec id fiat, Gubernium solvet ordinariis locorum pecunias, necessarias ad sustentandum clerum et ecclesiastica instituta secundum normas, determinatas iuxta mutuum consilium potestatis ecclesiasticae et civilis.

(1) Ex Constitutione 3 Mai 1791, artic. I.

**N. 705.**

**Michael Cerrati, epus castrensis Exercituum Italicorum  
Achilli Ratti**

Romae, 25 IV 1919.

*Refert de variis generibus altarium campestrium portatilium, quibus cappellani exercitus Italici utuntur, et suggerit, quomodo id genus altaria ad usum et necessitates cappellanorum exercitus Poloni comparari possint.*

**Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 957r-958r N° 10729 (N prot. 1178).**

Monsignore Rev.mo,

Sua Eccellenza Mons. Sapieha, Arcivescovo di Cracovia, è venuto al mio Ufficio per darmi visione di una lettera della Signoria V.ra Rev.ma<sup>904</sup>, nella quale si chiede se io abbia già ricevuto ed abbia già provveduto in merito a quanto richiedeva una precedente lettera sua da Varsavia. Finora io non ho ricevuto che una lettera della Signoria V.ra Rev.ma, alla quale ho risposto nello stesso giorno, inviandola poi per il tramite della Segreteria di Stato di Sua Santità<sup>905</sup>. In detta lettera mi si chiedeva una specie di memoriale riguardante l'organizzazione del servizio religioso presso le truppe; ma non si parlava affatto di altari da campo<sup>a)906</sup>. Vengo a conoscere ora dalla lettera esibitami dall'Eccellentissimo Mons. Sapieha che la Signoria V.ra Rev.ma desidererebbe di avere duecento altari da campo. Per rispondere a questa sua richiesta devo premettere quanto segue: la maggior parte dei cappellani militari Italiani ha voluto diventare proprietaria dell'altare che aveva servito durante la guerra; e perciò un piccolissimo numero di cassette altare ha potuto restare a disposizione di questo Ufficio. Aggiungasi che la smobilitazione non è peranco avvenuta, e buon numero di cappellani è ancora in servizio. Infine degli altari - pochissimi - che erano stati restituiti fu fatta spedizione nelle zone che più soffersero per la guerra e che avevano fra gli altri bisogni anche quello di indumenti e di arredi sacri. Eccomi quindi impossibilitato a soddisfare la richiesta di V.ra Signoria Rev.ma.

Però ho creduto opportuno consegnare al cappellano militare polacco, che partirà col treno della Croce Rossa, non solo questa mia lettera, bensì anche una cassetta altare la quale potrà servire da campione<sup>b)</sup>. Se essa soddisfa potrebbero essere confezionate qui in Italia tali cassette ad un prezzo medio di circa Lire 250 ciascuna. Debbo aggiungere che qui in Italia per aiutare il pagamento delle numerosissime cassette altare che furono dovute confezionare e spedire anche per comodità dei semplici preti soldati, si è pensato di rendere facile l'acquisto di detta cassetta da parte dei cappellani militari e dei preti soldati stessi. Si è ottenuto dal Santo Padre un certo numero di intenzioni di SS. Messe coll'elemosine di Lire tre; tali Messe erano celebrate dai cappellani o dai soldati preti che volevano acquistare la cassetta altare e che ricevevano come elemosina non lire tre ma lire 1,50; cosicchè con l'applicazione di 100 Messe (per le quali il celebrante veniva a percepire lire 150) acquistava l'altare stesso. Non potrebbe tale sistema più o meno corretto essere applicato anche per l'Esercito Polacco? Credo che facilmente il Santo Padre potrebbe disporre di intenzioni ad hoc.

Noi abbiamo pure messo in uso una specie di involto-altare, il quale non avendo la cassetta di legno ferrato e mancando pure di qualche oggetto asso-

<sup>904</sup> Cfr. N. 512.

<sup>905</sup> Cfr. N. 582.

<sup>906</sup> Hae litterae non sunt repertae.

lutamente non necessario per i semplici sacerdoti militari, veniva a costare molto meno e poteva essere acquistato con la celebrazione di 60 Messe. Tale tipo era più adatto ai semplici sacerdoti soldati i quali non avevano facilità di trasporto della cassetta altare, mentre potevano benissimo assommare allo zaino l'involto-altare. Pure di questo, se la Signoria V.ra Rev.ma desidera, potrei mandare un campione: ma certo è meno pratico per un lungo uso e meno protetta rimane tutta la roba che in esso involto è contenuta.

In attesa di un riscontro ho l'onore di porgere alla Signoria V.ra Rev.ma i più deferenti omaggi

(<sup>c-</sup>Michele Cerratti-<sup>c</sup>)

- a) *In margine adnotatio manu Achillis Ratti: "Risposto 2 giugno 1919, corriere 1919/19".*
- b) *In margine adnotatio manu Achillis Ratti: "Mons. Gall risponderà".*
- c-c) *Manu propria.*

## N. 706.

**Iosephus Bilczewski, aepus Leopoliensis ritus Latini  
Achilli Ratti**

Leopoli, 26 IV 1919.

*Nuntiat de urbe Leopoli eiusque ecclesiis ab exercitu Ucrainensi tormentis displodentibus crudeliter vexatis; quae vexationes, nulla promissorum ducis Ucrainensis habita ratione, sine ulla intermissione fiunt.*

Or. (**dactylogr.**): AV, Arch.Nunz.Vars. 200 f. 28r-v; cum adnotatione manu Achillis Ratti: "Ricevuto 5 maggio 1919, per mano di Mons. Gall".

Excellentissime Rev.me D.ne!

In ultimis meis litteris commemoravi Ukrainianenses sine iusta causa in urbem Leopolim quotidie multa tormenta displodentia conicere et etiam ecclesiarum nullum respectum habere. Praeter alias ecclesias Basilica nostra metropolitana, praesertim autem ecclesiae S. Elisabeth et Sororum Carmelitanarum, graviora damna cuperunt. Quibus permotus archiepiscopus ritus graeci Excell. D. Szeptycki litteris a duce Ukrainiani petiit, ut exercitu sibi subiecto, ne tormenta displodentia ulterius in urbem coniceret, interdixisset. Duces Ukrainianum sequens responsum Aepo Szeptycki derunt, quod in linguam latinam translatum legitur:

"Summi duces exercitus Ukrainianensis Suae Excellentiae Metropolitae  
D.no Szeptycki, Leopoli.

Chodorów, 20 III 1919.

Vestra Excellentia!

Honori mihi duco me Vestram epistulam de die 10 Martii anni currentis accepisse his litteris comprobare. Maximo cum dolore audio, medium urbem tormentorum ictibus oppugnatam ecclesiamque ritus graeci tormento displodenti funesto casu percussam esse, plurimum enim ab eo absimus, ut tranquillos urbis incolas perturbemus. Quae perturbatio cum nobis inutilis esse videretur, exercitus nostri dux urbem tormentis displodentibus vexare desinere mandavit.

Sensa summae observantiae accipere rogo

Victor Kurmanowycz<sup>907</sup>

Nuntio hac de epistola accepto, incolas Leopolienses se periculo vacuos fore sperabant, sed frustra. Tormenta displodentia etiam deinceps quotidie, maiore hebdomada non excepta, in urbem incidebant. Die 17 Aprilis circa 1000 tormenta coniecta sunt, quorum plura veneno imbuta fuerant. Nocte 22/23 Aprilis in una domo decem personae dicto veneno interemptae sunt.

Litteras has Ukrainianensis ducis Vestrae Excellentiae mitto, quia historicum sunt documentum iniquitatis, quae mentitur sibi, metropolitae ritus graeci, nobisque omnibus, barbarumque modum, quo Ukrainianenses in bello nobiscum gesto nullo legis divinae et humanae respectu habito utuntur, demonstrant, illustrant.

Victor Kurmanowycz primi ordinis praefectus militum atque gubernii Ukrainianensis socius est.

Dignetur Excellentia Vestra Rev.ma sensa summae observantiae, qui-buscum semper maneo, accipere

<sup>(a)</sup>-hum.mus servus  
†Josephus Bilczewski  
Aepus Leopoliensis Latinorum<sup>-a)</sup>

a-a) *Manu propria.*

---

907 Victor Kurmanovych, colonnellus procerum militarium, deinde generalis exercitus Ucrainensis.

**Achilles Ratti**  
**Georgio Matulewicz, epo Vilnensi**

Varsaviae, 26 IV 1919.

*Magno gaudio laetatur de liberatione eius et eius dioecesanorum a iugo communistarum, fortitudinis et virtutis constantiam hoc difficillimo tempore demonstratam ei gratulatur et superbundantes Dei benedictiones ei exoptat. Nuntiat insuper se exemplar litterarum eius cardinali secretario status transmittere, ut et summus pontifex cognoscat passiones et vexationes, quas ipse eiusque dioecesani pro nomine Dei passi sunt, et specialem pro meritis benedictionem apostolicam eis largiatur.*

**Autogr.:** Vilnius, LCVA, F. 1674, Ap. 2, B. 10 f. 18r-v.

**- Ed. Polonice:** *Stolica Apostolska a biskup Matulewicz*, nr 63, p. 119-120.

Excellentissime Domine,

Iam, praesens spiritu etsi absens corpore tecum cecini et Alleluja<sup>a)</sup> et Magnificat<sup>a)</sup> et Te Deum<sup>a)</sup> pro tua et vestra liberatione<sup>908</sup> et veluti cum Domino Jesu resurrectione. Statim etiam curavi habere de Te tuisque notitiam aliquam, misso ab Excellentissimo Gall, Epo Castrensi, cappellano militari ad hunc finem. Cogitet ergo Excellentia Tua, quo gaudio Tuas accepi litteras datas d. 16 huius mensis, quas mihi hodie portabat porrigebatque Rev.dus D.nus Zalewski Antonius e Białystok<sup>909</sup>. Angebar enim de sorte vestra durissima deque tribulationibus gravissimis, quibus opprimebamini. Video ex litteris Tuis eas non fuisse fama minores, imo et famam ipsam superasse et peiora etiam Vos expectasse ... nisi breviarentur dies illi; confido autem et Te et Rev.dum Patrem Wojtkiewicz usque ad dies liberationis incolumes perseverasse. Et nunc det Tibi, imo Vobis omnibus, Deus consolationes pro amaritudinibus et praemia pro passionibus, quas passi estis pro nomine Eius et pro salute animarum. Sed et benedictionibus omnino peculiaribus et superabundantibus benedicat Tibi Deus, qui tanta fortitudine et virtutis constantia in custodia perstitisti ad tutamen et solatium gregis tui.

Excipio litteras Tuas, quando in eo sum ut scribam Eminentissimo Cardinali a Secretis Sanctissimi Patris nostri Benedicti; exemplar earumdem

<sup>908</sup> Proeliis exercituum Polonorum cum exercitu sovietico commissis diebus 19-21 IV 1919 Vilna a potestate bolsevicorum liberata est. Epus Matulewicz die 23 Aprilis solennem Missam cum cantu Te Deum, cui interfuit Iosephus Piłsudski, celebravit.

<sup>909</sup> Cfr. N. 679.

litterarum insero meis et transmitto, ut et Summus Pastor suis oculis legat et Tibi tuisque specialem pro meritis benedictionem apostolicam largiatur et de vestra liberatione eo majori gaudio laetetur, quo peiora transierunt.

Ores, quaeso, et a quanto pluribus potes bonis animabus facias ut oretur secundum intentiones meas, quia nunquam tali auxilio magis indigui et orationes vestras, qui tanta pro Deo passi estis, Ei gratissimae sunt.

Add.mus, gratissimus  
Achilles Ratti  
Visitator Apostolicus

a) *Linea subducta signatum.*

## N. 708.

**Achilles Ratti**

**Theodoro Valfè di Bonzo, nuntio apostolico Vindobonensi**

Varsaviae, 26 IV 1919.

*Aliquas considerationes profert de furto librorum ex bibliotheca Seminarii Rutheni Chelmensis ablatorum a sacerdote Konečný patrato.*

Min. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1130r-v N.prot. 1001.

Eccellenza,

Tengo la sua del 14 corrente N° 15 779 con l'annesso esposto del Rev.do Dr. Giovanni Konečný<sup>910</sup>, che non ho tardato a comunicare a codesto Ministero degli Esteri<sup>911</sup>.

La lettura di tale esposto mi persuade pienamente, principalmente per l'appalarsi che fa il Rev.do Dr. Konečný al suo onore ed alla sua coscienza di sacerdote. Mi spiega però anche come abbia potuto formarsi la falsa accusa, dicendo egli stesso il Rev.do Signore che più volte asportava libri dalla Biblioteca in questione e che più libri portò seco nel suo rimpatrio. E' ben vero che i libri asportati furono da lui (così egli dichiara) restituiti al loro posto e che i libri portati seco in patria erano sua proprietà (come pure dichiarava), ma è pur probabile che quelli i quali lo videro asportare non lo

---

910 Cfr. N. 673.

911 Cfr. N. 710.

vedessero poi riportare e restituire - e che quei medesimi sapessero dei libri da lui portati seco in patria senza sapere che erano di sua proprietà; poterono così (stando a false apparenze da lui stesso senza volerlo occasionate) attribuirsi a lui quegli ammanchi e quelle sottrazioni che egli stesso constata come fatte da altri.

Non dubito che queste medesime osservazioni daranno piena e soddisfacente spiegazione a questo Ministero di maniera che al Rev.do Sig. Konečný non resterà che il merito della buona opera spesa intorno alla depredata Biblioteca ed il diritto dela dovuta riconoscenza.

Con ogni ossequio mi professo etc.

(<sup>a</sup>-Achille Ratti Visitatore Apostolico<sup>a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Manu propria.*

## N. 709.

**Achilles Ratti**  
**Petro Markiewicz, priori Paulinorum Częstochoviensi**

Varsaviae, 26 IV 1919.

*Gratias agit priori Paulinorum de sac. Andrea Huszno ad exercitia spiritualia in monasterio Claromontano Częstochoviensi obeunda, per unum mensem duratura, suscepto et indicat condiciones, quas idem Huszno observare et explere debebit, praeter alia abstinere debebit ab omni functione sacerdotali et revocare ac delere omnes publicationes suas ad personam Christi et ordinationem Ecclesiae pertinentes.*

**Autogr.**: Częstochowa, AJG 4280 (525g) k. 12r-v N prot. 1003.  
**Min. autogr.**: AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1132r.

Rev.me Pater Prior,

Accepi nuper telegramma a Rev.mo D.no Trzeciak<sup>912</sup> nuntians mihi presbyterum Huszno a Paternitate Tua<sup>913</sup> benigne fuisse susceptum eundemque apud Beatissimam Virginem et Reginam Czenstochoviensem ince-

<sup>912</sup> Textus telegrammaticus: "Rekolekcje rozpoczęte. Trzeciak" hic separatis non publicatur. Eius originale cum dato 24 IV 1919 servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 206 f. 418r.

<sup>913</sup> Venceslaus Petrus Markiewicz, cfr. ANP LVII/1, notam 597, p. 269-270.

pissem spiritualia exercitia: de quo nuntio vehementer gavisus sum et gratias agi Domino. Gratias refero et Tibi quam maximas pro hac tanta charitate tua de qua et Sanctum Patrem certiores statim faciam ut et Ipse tibi et toti familiae tuae religiosae speciale pro merito benedictionem largiatur.

Causa que sit jam nosti vel Rev.mus D.nus Trzeciak exposuit. Novi ego zelum tuum et charitatem tuam vere religiosam et sacerdotalem, prudentiam etiam tuam et misericordiam et patientiam (credo enim huiusmodi virtutum magnam esse in casu presenti necessitatem) et propterea ad te fidenter recurro.

Spero in Domini Nostri misericordia et in Sanctissimae Matris et Reginae Czenstochoviensis adiutorio conversionem illius infelicis presbyteri fore veram et perseverantem; in hunc finem et oro et fidelium orationum adiutoriorum undique peto et procuro; agitur enim de honore Dei et Sanctae Matris Ecclesiae, deque multarum salute animarum.

Exhortationibus meis non indiges, sed haec sequentia scias et animadvertis oportet.

1. Mihi non semel promissum est a Rev.mo D.no Trzeciak fore ut exercitia spiritualia presbyteri Huszno per integrum mensem durent. Omni igitur mansuetudine et bonitate, sed etiam firmiter cures et exiges ut tantum et non minus durent, nec interim presbyter Huszno in civitatem exeat vel aliquis de externis ad eum accedat te inscio et invito; arceas omnes praeter Rev.mum D.num Trzeciak et ad ipsum D.num Trzeciak remittas epistolas ad presbyterum Huszno directas.

2. Si, quod Deus avertat, p. Huszno velit citius abire, mense non expleto, denuncies ei (presentes etiam litteras ostendens) omnem facultatem que ei data fuerit celebrandi, praedicandi, administrandi Sacraenta et quaelibet sacra obeundi eo ipso cessasse, sublata etiam Rev.mo D.no Trzeciak (cui item has litteras ostendes) omni potestate easdem facultates eidem presbytero Huszno iterum concedendi, restituendi prorogandi. Idem eodem modo denuncies etiam toto mense expleto, si exercitia manifesto modo non bene facta erunt.

3. Quam primum agas cum prebytero Huszno ut procuratorium mandatum in scriptis dare velit D.no Trzeciak vel tibi ad redhibenda statim exemplaria impressa libri de persona Christi et opusculi de constitutione Ecclesiae ab iis apud quos sunt ne amplius vendantur<sup>914</sup>, sed (prouti presbyter ipse jam voluit facere) destruantur. Si quid damni habebit inde, resarcietur.

4. Suadeas etiam presbyterum Huszno ut ad reparandum scandalum et bonam suam voluntatem documento firmandam scribat ad me /vel ad te si libet: pauca verba quibus dicat se reprobare et revocare dictum librum suum et dictum opusculum et si quid aliud contra fidem et doctrinam catholicam vel in Episcopum suum scripsit, dixit.

---

<sup>914</sup> Cfr. N. 686.

5. Considerare enim oportet coram Deo in Episcopo esse auctoritatem Jesu Christi Domini qui dixit Apostolis: "qui vos spernit, me spernit", itemque esse vinculum quo fideles coniunguntur Summo Pontifici et Petro; et ideo, etiamsi possit aliquando Episcopus errare in iudiciis et actibus suis, auctoritas tamen illa semper in honore et veneratione debet manere nec vinculum dissolvi aut perrumpi.

6. Propterea velit presbyter Huszno dare quamprimum scriptum mandatum Rev.mo D.no Trzeciak vel tibi, ad exhortandos fideles Mstyczovienses ut sicut ipse Huszno rediit ita et ipsi redeant ex corde et conscientia ad obedientiam Episcopi; Visitator enim Apostolicus (poteritis item dicere) curabit ut Episcopus benignum se praebeat, prouti iam cum Episcopo agere cepit ut omnia pro meliori bono tum eiusdem presbyteri tum illius populi in pace componantur.

7. Fidant in me; cupiebant ipsi (et presbyter et populus) et postulabant ut Summus Pontifex in eorum causam intervenirent; ecce iam intervenit, Eo enim missus sum et personam Eius gero; debent ergo lealiter et fideliter mandatis meis stare. Haec si faciant habebunt me amicum et protectorem.

8. Roges nomine meo Rev.mum D.num Trzeciak ut quam primum poterit velit ad me venire; habeo enim notitias quas ei communicem.

Cetera suggestant tibi Angelus tuus et Beatissima Virgo, quam etiam pro me et secundum intentiones meas ores, add.mus in Domino

A. Ratti Visitator Apostolicus

## N. 710.

**Achilles Ratti**

**Vladislao Wróblewski, subsecretario status in Ministerio**

**Rerum Exterarum**

Varsaviae, 26 IV 1919.

*Explicat negotium librorum ex bibliotheca Seminarii Graeco-catholici Chelmensis furto ablatorum.*

**Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1134r-v N.prot. 1004.**

Excellence,

Avec son honorable missive du 3 janvier 1919 (N° 104/19)<sup>915</sup>, Son Excellence le Ministre Wasilewski m'interessa pour la restitution de certains

---

<sup>915</sup> Cfr. ANP LVII/3, N. 394, p. 242-243.

livres qui auraient été enlevés de la Bibliothèque du ci-devant Séminaire uniate de Chełm par l'abbé Konečný, chapelain militaire et professeur au Séminaire de Königgrätz. Je me hâtais de répondre (4 Janv. 1919, n. 458)<sup>916</sup> que je n'aurait pas tardé à m'occuper de la chose; ce que j'ai fait en écrivant à Son Excellence Monseigneur le Nonce de Vienne le 4 Janvier 1919<sup>917</sup>; et Monseigneur le Nonce me répondait déjà le 12 du même mois, qu'il avait fait tout-de-suite les démarches du cas<sup>918</sup>. En effet je viens de recevoir une nouvelle missive de Monseigneur le Nonce, avec deux pièces, que j'ai l'honneur de transmettre en copie fidèle<sup>919</sup>. De ces pièces résulte, qu'on a bien pu voir l'abbé Konečný enlever des livres de la dite Bibliothèque et porter des livres à Königgrätz, mais il déclare sur son honneur et sur sa conscience de prêtre, que les livres momentanément pris par lui ont été remis à leur place dans la Bibliothèque, et ceux qu'il a portés avec lui en laissant Chełm c'étaient des livres de sa propriété. On a aussi bien pu trouver des lacunes et des manques dans la dite Bibliothèque; mais il déclare également qu'elle a été à la merci de tout le monde et que tout le monde y prenait, tandis que lui il n'a fait qu'essayer d'y mettre un peu d'ordre et de la défendre contre la dispersion, autant que lui a été possible. En conséquence j'ai cru bien répondre à Son Excellence Monseigneur le Nonce que les renseignements par lui transmis donnent une explication suffisante du cas en question.

Agréez, Excellence, l'assurance de ma parfaite considération

Achille Ratti Visiteur Apostolique

## N. 711.

**Achilles Ratti**  
**Georgio Matulewicz, epo Vilnensi**

Varsaviae, 28 IV 1919.

*Propter recuperatam libertatem gratulatur et petit, ut gratulationes suas etiam summo Status Polonici Capiti porrigit.*

Or.: Vilnius, LCVA, F. 1674, Ap. 2, B. 10 f. 19.

Min. (ms): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1136r N prot. 1007.

- Ed. Polonice: Stolica Apostolska a biskup Matulewicz, nr 64, p. 121.

916 Cfr. ibidem, N. 398, p. 245-246.

917 Cfr. ibidem, N. 397, p. 245.

918 Cfr. ibidem, N. 414, p. 272-273.

919 Cfr. N. 673.

Messe d'action de grâces célébrée en présence Chef d'Etat m'assure votre incolumité; renouvelant félicitations déjà écrites je vous prie les présenter avec mes hommages au libérateur victorieux<sup>a)920</sup>. Achille Ratti Visiteur Apostolique

a) *In margine minutae adnotatio:* "Télégramme expédié avec permission du Ministère le 28 Avril 1919".

## N. 712.

**Achilles Ratti**  
**Augustino Losiński, epo Kielcensi**

Varsaviae, 29 IV 1919.

*Optimos sua sententia candidatos ei suggerit ad munus parochi in pago Mstycew, ad restaurandam pacem et tranquillitatem in illa paroecia idoneos aptosque.*

Min. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1137r-v (N.prot. 1009).

Excellentissime Domine,

Magno cum gaudio, post indicibiles anxietates, et cum summmis gratiarum actionibus, accepi a Rev.mo Kulwieć informationes, quarum primitias expresse volui ut tibi tamquam Pastori et Patri ipse afferret daretque.

Pro benigna Tua receptione et pro tua pastorali dispositione parandi apertos presbyteros, quos in momento opportuno possim ad reconciliatum populum introducere, sum Tibi gratissimus in Domino. Utique longe distat ut omnia sint ad finem deducta et secura, maxime quod attinet ad conversiōnem infelicis presbyteri, omnia tamen spero ab infinita Dei misericordia, qui amat animas et maxime animas ministrorum suorum; item omnia ab intercessione Sanctissimae Virginis Mariae, quae apud se vera Mater recepit; tot denique tantaque promissa sunt mihi auxilia orationum, ut fiducialiter in spe constituar fore, ut miserrimus ille saltem casset a sibi aliisque nocendo.

Ut P. Kulwieć iam dixit, totus nunc labor in eo est, ut populus Mstycewensis redeat ad observantiam sui Pastoris et Episcopi, et non dubito fore,

920 Cfr. N. 707.

ut iuvantibus Sanctissimis Cordibus Jesu et Mariae, quibus negotium hoc specialissime commendatur, omnia bene cedant.

Videtur autem magnum fore adiumentum in eum finem: 1° si Rev.dus Podmagorski<sup>921</sup>, parochus pagi Kozłów (dec. Miechowiensis), et A. Gawinek<sup>922</sup>, parochus pagi Tarnawa (dec. Krzcieciensis), saltem ad tempus transferantur et locum dent presbyteris mitioris [consilii] erga Mstyčowienses et animo et sermone et tota agendi ratione. Iam enim agitur de non conterendo calamo quassato et de non extingendo lino fumigante;

2° Rev.dus Kaczmarski, qui tam infelicem sui memoriam in populo Mstyčowiensi reliquit, et ipse ad exercitia spiritualia mittatur.

Illud primum et Rev.do Kulwieć necessarium videtur, ut magnae difficultates removeantur ad pacem populo rsstituendam; hoc secundum si facias, populum ipsum longe magis quam multis sermonibus conciliabis, quasi ostensione quadam magnanima impartialitatis et iustitiae. De proximo adventu Excellentiae Tuae intime iamque gratias ago.

Interim orationibus tuis me ex corde commendo etc.

(<sup>a</sup>-Achilles Ratti Visitator Apostolicus<sup>a</sup>)

<sup>a-a)</sup> *Manu propria.*

### N. 713.

**Anatolius Nowak, epus auxiliaris et vicarius generalis Cracoviensis  
Achilli Ratti**

Cracoviae, 29 IV 1919.

*Nomine superiorissae Congregationis Sororum Ursulinarum Cracoviae expetit licentiam a Sancta Sede impetrari vendendi duas tertias partes praediorum Stępina et Chytrówka, eiusdem Congregationis proprietorum, in eum finem, ut debita et vectigalia, quibus Congregatio onerata est, persolvi possint. Talem venditionem eo magis esse necessariam affirmat, quod ista praedia in dioecesi Premisliensi sita longe a Cracovia distant. Subiungit ordinarii Cracoviensem Adamum Stephanum Sapieha ad hanc rem peragendam consensum suum praestitit.*

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 903r-v Nr 2453/19 N.prot. 1060.

921 Stanislaus Podmagórski (natus 1859), ordinem presbyteratus suscepit a. 1886.

922 A. Gawinek, a . 1919 parochus paroeciae Tarnawa.

Excellentissime ac Reverendissime Domine!

Superiorissa Congregationis Sororum Ursulinarum Cracoviae<sup>923</sup> a me petit, ut ipsi licentiam a Sancta Sede impetrem vendendi duas tertias partes praediorum Stępina et Chytrówka, quae proprietatem Congregationis constituunt, dum 1/3 pars ad Comitissam Romer pertinet, eum in finem, ut manualia debita et publica vectigalia, quibus Congregatio onerata est, solvere et totam rem familiarem Congregationis componere et in ordinem redigere possit.

Ex litteris Celsissimi Domini Principis Episcopi Cracoviensis die 12 februarii 1919 Nr. 1175 datis<sup>924</sup>, quibus Excellentia Vestra venerabilibus litteris diei 16 martii 1919 Nr. 813 respondit<sup>925</sup>, nota est Excellentiae Vestrae conditio, in qua Congregatio Sororum Ursulinarum quoad rem familiarem versatur. Superiorissa et Sorores religiosae sperabant fore, ut in futuro fructus praefatorum praediorum maior evadat, si videlicet propriam administrationem ibidem gererent, ast nunc persuasum habent id nullo modo fieri posse, nam praedia praefata iam a serie annorum in parvas partes dismembrata incolis rusticis valde parvo pretio elocata sunt, et mutatio huiusmodi rerum conditionis ut fieri possit, praesentibus temporibus ne cogitari quidem potest; insuper omnia aedificia oeconomica tempore belli prorsus deleta sunt, et praedia ista in dioecesi Premisiensi sita longe a Cracovia distant.

Iuxta aestimationem rei peritorum pretium praefatorum praediorum id est 2/3 partium, quae pertinent ad Congregationem Sororum Ursulinarum, efficit ad minimum 600 000 coron. - fructus autem eorum, qui exinde Congregationi Sororum obvenit, vix 2 000 coron. per annum efficit - luculentissime ergo patet venditionem horum praediorum omni sub respectu utilitati et bono Congregationis futuram esse.

Celsissimus D.nus Princeps Episcopus Cracoviensis ante iter suum, quod Romam suscepit, de hac re edoctus erat et consensum suum praestitit, ut Excellentiae Vestrae causam hanc exponerem et expetitam licentiam pro Superiorissa Sororum Ursulinarum procurarem. Honori mihi itaque duco Excellentiam Vestram perhumane rogare, ut vi facultatum, quibus gaudet, dictam licentiam benignissime dare dignetur.

Quam occasionem nactus intimae venerationis et peculiaris observantiae sensus Excellentiae vestrae exhibeo ac permaneo etc.

(a-†) Anatolius  
epus auxiliaris, vicarius generalis<sup>a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Manu propria.*

<sup>923</sup> Ignatia Michaelina Szydłowska.

<sup>924</sup> Cfr. N. 516.

<sup>925</sup> Cfr. N. 589.

## N. 714.

**Achilles Ratti**  
**card. Petro Gasparri**

Varsaviae, 30 IV 1919.

*Tradit gratiarum actiones ordinarii Caunensis pro nominatione episcopi auxiliaris. Subiungit eundem epum auxiliarem exposcere facultatem accipiendi consecrationem episcopalem ante bullarum pontificiarum adventum, et uno solo episcopo assistente. Insuper epum ordinarium petere facultatem consecrandi oleum sacrum extra tempus liturgicum.*

**Cop. textus telegrammatis "cifrati" (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1138r-1139r Cifra P 40 (N prot. 1010).**

[Numero] 40. Vescovo Samogizia<sup>926</sup> ringrazia per ottenuto Ausiliare<sup>927</sup>; chiede per lui facoltà farsi consacrare senza bolle con un solo Vescovo assistente. Chiede pure facoltà consecrare olio fuori tempo. Ossequi. Achille Ratti Vis[itatore] Ap[ostolico]

## N. 715.

**Augustinus Łosiński, epus Kielcensis**  
**Achilli Ratti**

Kielce, 30 IV 1919.

*Summas gratias agit pro auxilio in tranquillanda et pacificanda paroecia Mstyczowiensi sibi praestito; promittit se omnia mandata eius hac in parte sibi data libenter et diligenter expleturum esse; timet tamen, ne in paroeciis Kozłów et Tarnawa tumultus excitentur, si parochi illarum, qui nunc sunt, ex illis amoveantur et in ipsorum locum alii substituantur.*

**Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 883r (N prot. 1019).**

<sup>926</sup> Franciscus Karewicz (Karevičius).

<sup>927</sup> Iosephus Skwiercki (Skvireckas), cfr. N. 680.

Excellentissime Domine,

Propter temporis inopiam pauca scripsi, ampliora per presbyterum Can. Bożek statim missurus. Non meis meritis (quae, si veritatem loquar, nulla sunt), sed totum opus conversionis Mstycoviensium incolarum, post gratiam Dei, Tuo, Excellentissime Domine, et zelo apostolico et prudentiae atque paterno animarum amori tribuendum est. Gratias summas ago SS. Cordi Jesu, quod Te usum est ad tantam et tam proficuam non solum pro dioecesi, sed etiam pro Ecclesia gloriam et utilitatem, simulque Tibi ex intimo corde gratias ago.

Omnia, quae Excellentissimus in benigna sua epistola d. 29 Aprilis anni currentis proposuit<sup>928</sup>, faciam libentissime. Timeo tamen, ne parochiani Koźłów et Tarnawa, qui suos parochos magni aestimant et amant, se opponent dispositionibus meis de translatione, prout non semel factum est hisce temporibus a populo exagitato a socialistis-plebeis. Caeterum inquisitione peracta, de hac re scribam. Orationibus Excellentissimi Domini enixe me indignum commendo.

Add.mus in Christo servus  
† Augustinus Łosiński, Episcopus

#### N. 716.

**S. Maria Iosepha, praeposita domui Sororum de Nazareth Calissiae Achilli Ratti**

Calissiae, 30 IV 1919.

*Petit licentiam mutuandi summam 100 000 marcarum ad reparandum igne deletum monasterium, post Patres Reformatos in proprietatem assumptum.*

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1149r-1150r.

Najprzewielebniejszy Księże Wizytatorze!<sup>a)</sup>

Ośmielam udać się do Najprzewielebniejszego Księcia Wizytatora z pokorną prośbą, a mianowicie do odbudowy spalonego klasztoru potrzebujemy zaciągnąć pożyczkę. Na same mury i dach będzie potrzeba 100 tysięcy ma-

<sup>928</sup> Cfr. N. 712.

rek, ale nam zakonnicom nie wolno tego uczynić bez pozwolenia Stolicy Świętej, w obecnych zaś warunkach trudno nam porozumieć się z Rzymem. Trzeba by bardzo długo czekać na odpowiedź, więc ufamy, że Najprzewielebniejszy Ksiądz Wizytator albo sam udzieli nam pozwolenia, albo też przedzej tę sprawę załatwi ze Stolicą Świętą.

Nasze Matki przełożone zgadzają się na tę pożyczkę. W tych dniach otrzymałam list od naszej Matki Generalnej<sup>929</sup> pisany 31 stycznia b.r., która nic jeszcze nie wie, żeśmy dzięki Najprzewielebniejszemu Księżu Wizytatorowi otrzymały na własność ten klasztor po oo. Reformatach<sup>930</sup>, więc martwi się tym, że Ojcowie Reformaci wrócą i wyrzucą nas z klasztoru. Z tej racji bardzo pokornie prosimy Najprzewielebniejszego księżyca Wizytatora, aby był łaskaw napisać do naszej Matki w Rzymie, by była spokojną.

Proszę o Jego pasterskie błogosławieństwo i modlitwy. Łączę wyrazy głębokiego szacunku i poważania

Siostra M. Józefa Nazaretanka<sup>931</sup>

a) In *textu pro "Wizytatorze, Wizytator, Wizytatora" legitur "Monseigniorze, Monseignor, Monseignora"*.

929 S. Thecla Maria Lubowidzka, cfr. ANP LVII/1, notam 639, p. 284.

930 Cfr. N. 529.

931 Antonina Waśkiewicz (1862-1955), Congregationem ingressa est a. 1901 et accepit nomen monasticum Mariae Iosephae a Domino Jesu in Cruce.

